



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

2 An sit speciale praeceptum dilectionis Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

eximat ab statu subiectionis & seruitutis, illūque in altiori gradu constituat, & aliquo modo sibi similem faciat, vera amicitia intercedere inter illos potest, vt sēp̄ intercedit. Deus autem media charitate diffusa in humanis cordibus homines eleuat supra statum suae naturae, illōque quodammodo sibi similes facit, iuxta illud 1. Petri 1. *Maxima*, & pretiosa nobis promissa donauit, & per hac officium diuina confortes natura. Ergo vera amicitia inter Deum, & hominem intercedere potest. Secundō respondeo ad rationem amicitiae non requiri vt supponat aequalitatem, sed sufficit, si illam aliquo modo constituat, quod facit Deus charitatem infundendo. Respondeo tertio ad amicitiam non requiri aequalitatem omnimodam, sed sufficere secundum quandam proportionem, qua ratione inter Regem, & subditum, & inter patrem, & filium esse potest vera amicitia, etsi non reperitur omnimoda aequalitas, quia est amicitia supereminencia, vt dixit Aristor. 8. *Ethic. cap. 7.*

5. Ex his constat quodam sit charitatis obiectum est enim primarium obiectum Deus ipse secundum omnes suas perfectiones, secundarium proximus, quatenus Deo refertur, illiusque beatitudinem participare potest. Vt autem proximus per charitatem diligatur, non debet diligi propter aliquam bonitatem in ipso existentem sine respectu ad Deum, quia tunc non charitate, sed amicitia, quae est virtus moralis, amaretur. Debet ergo amari propter bonitatem relatum ad Deum, scilicet quia est creatura Dei, & filius eius adoptiuus, vel quia Deo placet, vt sic ametur, &c. Ex quo fit nullum actum charitatis theologicae virtutis habere veram rationem amicitiae erga proximum, sed solum circa Deum quia per virtutem theologiam non desideramus bonum proximo, quia bonum illius est, sed quia in bonum Dei cedit, scilicet in eius honorem, & gloriam. Ergo talis amor non est amor amicitiae erga proximum, sed circa Deum, sicut non est amor amicitiae erga seruum, cum illi bonum desideras, quia cedit in bonum domini, cuius ipse seruus est. Ita docuit Valquez tom. 1. in 3. p. disp. 98. cap. 2. Lessius de iust. cap. 16. num. 23. Coninch. disp. 24. de obiecto charitatis dubitandi 1. numero 19. 20. & 23.

PUNCTVM II.

An sit speciale praecipuum dilectionis Dei.

1. *Esse speciale praecipuum dilectionis defendunt Doctores communiter.*
2. *Quibus impugnetur hoc speciale praecipuum.*
3. *Defenditur communis sententia.*
4. *Satisfit rationibus n. 2. adductis.*
5. *Explicatur modus huius praecipui.*
6. *An peccet aduersus hoc praecipuum, qui vellet in hac vita perpetuo manere.*

7. **L**atum esse speciale praecipuum de diligendo Deum tenent cum D. Thom. omnes eius expositores, Valent. disp. 3. quae 1. 19. p. 1. Lorca scilicet 3. disp. 47. Torres disp. 97. dub. 1. Coninch. disp. 24. dub. 2. n. 28. Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 1. Bonacina disp. 3. quae 4. quae 1. Probant ex illo Deuteronom. 6. *Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, &c.* & ex illo Matth. 22. vbi loquens Christus de praecipuo dilectionis dixit esse maximum, & primum mandatum. Neque deest ratio conueniens: si enim de fide, & spe, vt iam diximus, datur speciale praecipuum, quomodo negandum esset charitati, quae nos Deo perfectius vnit?

2. Dices supradictas solum probare dari praecipuum de habenda charitate, vt pote ad salutem omnino necessaria, at non probare dari speciale praecipuum de aliquo actu interno amoris, quo Deum aliquando ames. Primum, quia in Decalogo non continetur tale praecipuum. Ergo signum est praecipuum charitatis non esse praecipuum aliquod speciale aliquo speciali tempore implendum, sed generale omnium praecipuorum. Sicut praecipuum de proximi dilectione, quod Christus dicit esse secundum praecipuum, non est speciale praecipuum, sed in Decalogo praecipuis continetur. Et confirmatur, quia in his duobus praecipuis vniuersa lex pendet, & Propheta. Ergo haec duo praecipua in reliquis omnibus imbibuntur, neque sunt ab illis distincta. Secundum, quia Ioann. 14. dicitur: *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me, & alibi, plenitudo legis est dilectio.* Ergo obseruantia mandatorum est dilectionis praecipuum, & non aliud distinctum. Et confirmo ex illo 1. Ioann. 3. *Qui non diligit, manet in morte*, quod intelligi non potest de actuali dilectione, sed solum de habituali & aliis continet, & incessanter deberemus Deum actualiter diligere, quod in hac vita est impossibile. Confirmo secundo ex illo Deuter. 10. *Nunc Israel audi, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in via eius, & diligas eum!* In quibus verbis etiam videtur dilectio Dei tanquam quid distinctum praecipui à reliquis vitiis mandatorum Dei. At si bene perpendatur, contrarium colligitur, siquidem ibi praecipitur timere Deum, vt quid distinctum, cum iam dixerimus supra de timore non esse speciale praecipuum, sed

per reliqua vagari. Quare illa omnia verba eundem sensum habent, scilicet Deum non offendere, sed omnia eius mandata obseruare. Tertio in lege gratiae solum dantur praecipua de medijs necessarijs ad salutem: at dilectio actualis Dei super omnia non videtur necessaria ad salutem, cum in sacramento Penitentiae per attritionem consequi gratiam possis, qua obtena obtines salutem. Quarto, si daretur hoc praecipuum speciale, non solum esset de diligendo Deum, sed de diligendo Deum ex toto corde, & ex tota anima, & iuxta locum relatum Deuteronom. 6. & Matth. 22. At amare Deum in hac vita ex toto corde, & ex tota anima videtur impossibile; vt tradit August. lib. de perfect. iustit. ratiocinat. 17. vbi inquit, cum adhuc aliquid est carnali concupiscenti, quod vel continendo frangitur, (vt contingit in hac vita) non omnino ex tota anima diligitur Deus. Augustinum sequitur D. Bernard. sermone 50. in Cant. explicans illa verba, *Ordinavit in me charitatem.* Est (inquit) charitas in actu, est & in affectu, & de illa quidem quae operis est, puto datam legem esse hominibus, mandatumque firmatum: nam in affectu quia ita habet, vt mandatur. Ergo illa mandatur vt meritorium, ista vt primum datur, & infra. Quomodo ergo iubenda fuit, quae implenda nullo modo erat? Ex quibus verbis videtur clarè Augustinum, & Bernard. sentire charitatem secundum affectum non praecipui in hac vita, sed solum in opere, hoc est, in executione mandatorum Dei. Propter haec affirmat aliqui non dari de dilectione Dei, & proximi speciale praecipuum, sed esse generale indistinctum à reliquis, sic Valquez tom. de penitent. quae 90. artic. 1. dub. 4. num. 40. Molin. 1. part. q. 63. art. 2. & 3. disput. tomica. membr. 2. §. id etiam quod affirmant. Ianfenius concord. Euangelic. 81. Maldonat. Matr. 22. vers. 39. dicit haec duo praecipua maxima totius legis praecipua à Christo Domino dici, non quod distincta ab alijs praecipuis sint, sed exterorum compendium. Ioann. Sanchez in select. disp. 1. n. 21.

3. Sed his non obstantibus retinenda est communis sententia, asserens praecipuum dilectionis esse speciale, & non tantum generale de omnibus praecipuis. Mouet primo, & praecipuum quia ita communis sententia affirmat. Secundum, ex illo Matth. 22. vbi dixit Christus esse maximum, & primum mandatum, quod dicit non potest, si non esset distinctum à reliquis, & illorum radix, & principium. Tertio, quia Deus est obiectum summo amore dignum, tum ob perfectiones, quas in se habet, tum ob beneficia, quae hominibus confert. Ergo decebat naturae rationali imperare, vt hoc obiectum amaret. Quarto, amare hoc obiectum est naturae rationali summe conforme. Ergo si ita amandum homini praecipitur, & ipse per totam vitam eius amorem appellat, iniuriam censendum est Deo facere. Adde, nihil gratius est Deo, quam noster animus, & voluntas, iuxta illud, *Fili pone me super ceterum, vt signaculum super brachium tuum.* At per dilectionem totus animus, & voluntas Deo perfectissime conceditur, non sic per reliquarum virtutum actus. Ergo dicendum est esse de dilectione actuali praecipuum.

4. Neque argumenta in contrarium conuincunt, etsi difficulta sint.

Ad primum fateor in Decalogo praecipuis non contineri formaliter praecipuum de dilectione Dei, & proximi, sed potius esse praebula ad omnia illa vt docuit D. Thom. 2. 2. q. 44. art. 1. ad 3. & 1. 2. quae 100. art. 4. ad 1. Nauar. cap. 1. num. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. in praefatione. Nam tria prima praecipua Decalogo non sunt de diligendo Deum, sed de illo honorando adoratione laetitia, iuramento, obseruatione festorum, & proinde non ad charitatem, sed ad religionem proprie pertinent. Reliqua, quarto excepto, quae proximos respiciunt, negatiua sunt, non occides, non fornicaberis non furum facies, &c. Quare beneficentia, & misericordia in illis expressis non continentur. Restat ergo, vt dicamus, haec duo praecipua amoris Dei, & proximi ad reliqua omnia praebula esse, & in illis tanquam in primis principijs includi, & proinde obseruatis illis duobus praecipuis omnia obseruantur, quia in illis duobus vniuersa lex pendet, & Propheta.

Dices pendere vniuersam legem ex dilectione Dei, & proximi non actuali, sed habituali: siquidem ad obseruationem reliquorum mandatorum non requiritur, vt actu diligas Deum, vel proximum, alij peccando contra religionem, vel iustitiam, peccates etiam contra speciale praecipuum charitatis, Ergo signum est praecipuum de charitate non esse de charitate actuali, sed habituali.

Respondeo vniuersam legem pendere ex praecipuo dilectionis Dei, & proximi, non quatenus affirmatiuum est tantum, sed potius quatenus est negatiuum, nam secundum hanc rationem obligat, vt nec Deum, nec proximum offendamus, & obligat semper, & pro semper, & secundum hanc rationem est generale praecipuum reliquis praecipuis commune, & in illis imbibitur: secundum autem quod affirmatiuum est, à reliquis distinctum.

Ad secundum cum suis confirmationibus eodem modo respondemus feruenter praecipua diligere Deum non potius, & formaliter actu dilectionis, nisi praecipuum sit de dilectione, sed solum virtualiter, & interpretatiue, quatenus interpretatiue potest Deum diligere, qui eius voluntatem exequitur.

Quartum argumentum petit, vt explicetur modus huius praecipui, quid intelligatur illis verbis *ex toto corde, & ex tota anima, &c.*

Et pro quo supponendum est nos posse Deum amare supernaturali amore, appreciatio, aut intensivo. Amore appreciatio amamus Deum; si cum omnibus aliis rebus praeferamus, & ita ex illius amore affecti sumus, ut velimus omnia perdere, potius quam ipsum. Intensivo autem amore super omnia amamus, si ferentiori, intensiori que actu, quam omnia alia diligamus. Contingere autem potest, & saepe ita contingit, ut rem aliquam ames praeter omnibus appreciatio amore, non tamen intensivo, & contra, ut eam ames intensivo, & non appreciatio, ut bene dicit Valent. disp. 3. qu. 4. punct. 1. vers. sed ut praeferat. Praeceptum ergo de diligendo Deum super omnia de amore appreciatio, & non de amore intensivo intelligitur. Nam de illo amore intelligitur praecipuum, quod de se efficax est ad omnia praeccepta servanda: sed hic est amor appreciatio; quia habens illum, praefert Deum omnibus aliis rebus. Ergo de illo amore praecipuum intelligitur. Adde, de intensivo amoris praecipuum non datur, tum quia non datur de amore ita intensivo, quin illa ratione intensivo esse possit; aliis omnes hoc praecipuum exequentes amarent Deum ita intensivo, ac Christus amavit. Neque datur de amore ita intensivo, qui explet totam efficaciam auxilii, aliis habens auxilium ad amandum Deum amore intensivo ut oculo, si illum amaret, ut quatuor, non diceretur praecipuum charitatis satisfacere. Neque etiam datur de amore, qui in intensivo praecedat omnes alios creatos amoris aliam dolens filius qui de patris morte, & condemnatione doleret: quod intensivo ac de suis peccatis, non amaret Deum super omnia. Adde peccatum, si de facto intensivo patrem aut matrem amaret plusquam Deum iuxta illud Matth. 10. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Quae omnia sunt absurda. Ergo manifestum est non de intensivo, sed de estimatione praecipuum dilectionis esse intelligendum: & ita ut relatis docet Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 35. num. 2. Bonac. disp. 3. q. 4. de charit. punct. 1. Valquez 1. 2. disp. 164. c. 3. Coninch. disp. 2. dub. 1. num. 14. & segg. Suarez. disp. 5. de charitate sect. 2. & alij apud ipsos. Quocirca argumento respondemus praecipuum quidem hominibus amare Deum super omnia ex toto corde, & ex tota anima secundum estimationem, non secundum intensivum; cum Bernard. & August. dixit hoc praecipuum non impleri in hac vita, sed in futura, intelligendi sunt non de materia praecipui, sed de fine ipsius praecipui. Materia, inquam huius praecipui est amor Dei appreciatio; & hic in hac vita impletur. Finis vero illius praecipui est Deo pro viribus incontinenter adherere, qui finis solum in caelo a Sanctis obtinetur, sic explicat August. & Bernard. Valent. 2. 2. disp. 3. q. 19. punct. 1. vers. itaque cum August. Coninch. disp. 24. de charit. dub. 2. n. 35. in fine.

6. Adversus hoc praecipuum affirmat Sanchez lib. 2. c. 35. in fine. cum Nauarr. summ. cap. 11. num. 20. Ledesin. in summ. summ. ubi de confess. post. dub. 12. in interrogat. circa primum praecipuum. Man. 1. tom. sum. c. 11. sine Bonacina disp. 3. quae. 4. de charitate. punct. 1. sine peccare mortaliter eum, qui deliberat vel in hac vita perpetuo manere, quia praefert Deo, eiusque visioni & fruitioni delectationis huius seculi. At desiderare longam vitam affirmat vacare culpa. Sed hoc dictum non videtur perferat approbo, si enim ex eo quod velis in hac vita perpetuo durare, inferatur te delectationis humanas diuinae fruitioni praefert, etiam cum longam vitam desideras, praefers pro illo tempore delectationis humanas diuinae fruitioni. Ergo hoc etiam sufficit ut pecces, quia summa peruersitas est pro vno, & minimo instanti diuinam fruitionem humanae voluptati postponere. Quapropter cum vitam sine termino desideres, solum videris desiderare hac vita non priuari. Hoc autem per se malum non est, sed potius bonum. Ergo, Adde te necesse, an post hanc vitam saluandus sis, an condemnandus. Ergo cum desideras in hac vita perpetuo manere, potes illud desiderare, ut periculum condemnationis fugias: sed hoc periculum fugere non est malum. Ergo non est peccatum mortale tale desiderium absolutum. Ergo solum esse potest, cum de facto praerogationem vitam huius seculi bonis, quae tibi Deus in aeternum praeparavit, quod raro, vel nunquam nisi sceleratissimo accidit.

PUNCTUM III.

An hoc praecipuum dilectionis sit praecipuum de dilectione naturali, vel supernaturali.

- 1. Quid sentias Valentia.
- 2. Neque est praecipuum directum de dilectione naturali, neque de supernaturali determinatum.
- 3. Sancti eadem oblationi.

1. Respondet Valent. 2. 2. disp. 3. quae. 19. punct. 1. vers. dico secundum Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 31. n. 4. per se obligare ad amorem supernaturalem in aliquibus casibus amore naturali esse contentum. Priorem partem probant, quia dilectio Dei debet esse sine non facta, ad Timoth. 1. hoc est, procedens ex cognitione supernaturali fidei, & circa obiectum supernaturale. Ergo debet esse supernaturalis. Item haec dilectio est necessaria ad salutem, sed quidquid ad salutem necessarium est, supernaturalis est.

Ergo Posteriorem partem probant, quia saepe dilectio expositulatur solum ad impediendam Dei offensam, tuendumque diuini honorem: sed ad hunc effectum sufficit naturalis dilectio. Ergo non praecipitur supernaturalis.

2. Caeterum dicendum est de directe non obligari ad amorem supernaturalem, neque ad amorem naturalem, sed solum ut ames Deum super omnia ob eius infinitam bonitatem, quantum cum Dei gratia possis. Ex hac obligationis satisfactione oritur, ut illum ames supernaturali amore, si habitum supernaturalem habeas, vel auxilium Dei extrinseco supernaturali praecuiens: si autem illis careas, amabis Deum naturali amore. Et ratio est manifestata, quia in tua potestate situm non est Deum amore supernaturali, potius quam naturali prosequi, quia cum hac differentia non tam ex obiecto formali, quam ex principio influente in actum procedat, & haec principia non cognoscas neque tuae voluntati in operatione subdantur, ut possis uti pro libito principio naturali, supernaturali excluso. Efficitur sane supernaturalem amorem directe praecipui non posse, sed solum indirecte, quatenus praecipitur tibi, ut ames Deum, quantum cum gratia possis, aliam cognosceres te esse in gratia, sicuti cognoscis praecipuum amandi Deum te satisfecisse.

3. Neque obstat praecipuum dilectionem, quae ex fide supernaturali oritur, quaeque ad salutem necessaria sit, quia non praecipitur directe, sed indirecte. Non enim praecipui tibi potest directe praefert, quod nullo modo cognoscis. At non cognoscis te supernaturali cognitione insigniri. Ergo non potest tibi directe praecipui amor ex supernaturali cognitione procedens sic docet, & bene probat Agidius de Coninch. disp. 24. de charitate, dub. 2. n. 23.

PUNCTUM IV.

Quo tempore hoc praecipuum dilectionis obliget.

- 1. Qui autem obligare in primo instanti usus rationis.
- 2. Non admittitur hac obligatio.
- 3. Fit satis rationibus n. 1. adductis.
- 4. Repellitur solum pro fine vitae obligare hoc praecipuum.
- 5. Neque approbatur semel tantum in vita hoc praecipuum obligare.
- 6. Quolibet die festivo non obligat hoc praecipuum.
- 7. Neque etiam obligat, cum Baptismus suscipiendus est.
- 8. Neque item cum Eucharistia suscipitur.
- 9. Expenduntur aliquot casus, in quibus hac obligatio a Doctoribus agnoscitur, sed non approbatur.
- 10. Licet ne ultra tres annos differri.
- 11. Raro fidelis hoc praecipuum violat.

1. Loquimur de praecipuum dilectionis affirmatio (quia negativum semper obligat.) De hoc ergo praecipuum varie Doctores sentiunt. Primum tempus, quo assignari solet, est cum primum rationis usum assequeris. sic Bannes 2. 2. quae. 44. art. 1. dub. 1. ad 3. Nauarr. summ. c. 11. n. 8. Tolet. lib. 4. summ. c. 9. n. 9. & communiter omnes expositores, D. Thom. 1. 2. quae. 89. artic. 6. Vbi sanctus Doctor asserit illo tempore quemlibet obligatum esse te ad Deum conuertere, & omnia sua in eum tanquam in vltimum finem dirigere, quia consentaneum est creaturae rationali, ut suum creatorem recognoscat, & amet. Mouentur autem ad hanc obligationem statuen jam, tum ob rationem dictam, tum ob inconueniens, quod videtur sequi, si pro illo tempore hac obligatio negetur. Contingere enim potest, ut existens in originali, & ad rationis usum accedens, peccet venialiter, proferendo scilicet aliquod otiosum verbum, aut officiosum mendacium, & cum tali peccato originali, & veniali e vita discedat. Hoc autem est inconueniens, quia tali peccatori non est locus assignatus, siquidem neque est infernus; illuc enim soli decedentes in mortali audent. Neque limbus; quia ibi non est poena sensus, quia indiget veniale; neque est Purgatorium, ubi solum amici Dei purgantur. Ergo non est concedendus huiusmodi casus. Deinde, quia Innocentius III. in cap. maiores, de Baptismo. §. sed ad hoc, declarat dormienti adulto non remitti peccatum originale, quia hoc sine actuali mortali remitti non potest, ad cuius remissionem dormiens non se disposuit. Sane ergo in adultis originale esse non posse sine actuali mortali.

2. Caeterum haec argumenta non conuincunt, ut hanc obligationem ita grauem pro illo instanti asseramus. Nam licet conueniens sit, ut quilibet se, suaque omnia in Deum dirigat, cum primum rationis usum assequitur. At hoc ex obligatione fieri nec suauitati legis diuinae, nec imbecillitati humanae consonum esse potest, imò potius videtur impossibile; nisi aliquo superiore, & extraordinario lumine illustreretur. Quod sic probat. Nam ad executionem huius praecipui requiritur illius perfecta cognitio; ac ante usum rationis nequeunt pueri perfecte cognoscere, quomodo sit Deus super omnia diligendus, accedente vero usu rationis, si tunc ligantur praecipuum, ligantur sine illius cognitione. Itē nullus est qui cognoscat primum instans suae rationis principium. Quomodo ergo ligati praecipuum pro illo tempore potest? Haec quidem ratio conuincit (meo iudicio) si sumatur instans rationis Physicus.

DEI
S. T. R. O.
A. L. A. Y.
T. O. N. I.
S. T. I.